Agrell





SUPPLEMENTA

AD LEXICON SYRIACUM CASTELLIANUM

SCRIPSIT

CAROLUS MAGNUS AGRELL

EDIDIT

HENRICUS GERH. LINDGREN.

Fascic. I.

UPSALIÆ

EXCUDEBANT REGIÆ ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

MDCCCXXXIX.

PRÆFATIO EDITORIS.

Quum, indefessa eruditorum opera, immensa fere quædam per lustra ceperit, capiatque indies incrementa linguarum orientalium in occidente notitia, justus tamen querelæ locus esse videtur de paucitate eorum, qui de philologiæ syriacæ pomoeriis aliquatenus proferendis cogitant. Negandum quidem haud est, hanc linguæ syriacæ inter nostri ævi philologos incuriam suam ex parte excusationem habere in jejuno et exili scribendi genere, quod in omnibus fere Syrorum scriptis, præsertim poëticis, cum tædio deprehendimus; unde fit haud raro, ut emunctioris naris homines, orientis ceteroquin amantes, quorum limato judicio parum satisfaciunt Syrorum ineptiæ in Hebræorum, Arabum, Persarum, Indorum transeant castra, in harum gentium litteris strenuam operam collocaturi. Si vero ita quoque explicari quadamtenus posset iniqua, quæ ad nostros usque dies premit linguam syriacam sors, hæc tamen non propterea minus dolenda, pro gravi sermonis syriaci ad orientalem sive philologiam sive historiam cognoscendam momento. Tale enim hoc est, ut nemini, nisi syriace docto, liber pateat ad orientis mysteria aditus.

De quo singulari linguæ syriacæ in omni fere orientalismo illustrando usu quum inter omnes constet, quo sunt pauciores, qui fructuosam eidem operam dant, eo majori laude hi digni sunt habendi. Hos inter paucos nostri ævi Συροφιλους insignem tuetur locum Agrellius noster, vir tam intra, quam extra patriam celebratissimus, cui sedulos longæ vitæ labores in linguam, cujus causam agimus, impendere placuit. Quinam Ejus ex laboribus jam in grammaticam syriacam uberes redundarint fructus, hujus loci non est prædicare, quum omnium, quibus hæc placent studia, manibus terantur, oreque celebrentur, quæ typis Ipse exscribenda curavit, huc spectantia præclara opera *a*). At præter hæc exstant alia multa stupendæ venerandi Senis industriæ in syriasmo illustrando collocatæ monumenta, nitida manu exarata, quæ quum Ipsum typis vulgare vetent infractæ, proh dolor, magis quam septuagenarii Auctoris vires, Bibliothecæ Regiæ Academiæ Upsaliensis munifice dono dedit, ibidem in litterarum syriacarum stu-

a) *C. M. Agrell*, S. Th. Doct., Commentatio de varietate generis et numeri in L.L. O.O. Hebræa, Arabica et Syriaca. Lundæ MDCCCXV. *C. M. Agrell*, Theol. Doct. et Lect. Præpos. Territ. Albo, et Past. in Skatelöf, Otiola Syriaca. Lundæ MDCCCXVI. *C. M. Agrellii*, Theologiæ Doctoris ac Præpositi, qui ex ordine stellæ Boreæ equestris est, Supplementa Syntaxeos Syriacæ. Gryphisvaldiæ MDCCCXXXIV. *C. M. Agrellii* Appendicula ad Supplementa sua Syntaxeos Syriacæ. Gryphisvaldiæ MDCCCXXXVI.

diosorum emolumentum asservanda. Hæc inter, duo præ aliis tam argumenti gravitate, quam industriæ immensitate se commendare mihi visa sunt, quorum unum, quatuor tomis in 4:to constans, inscribitur "Supplementa ad Lexicon Syriacum Castellianum *b*) ex Auctoribus Syris profanis collecta a Carolo Magno Agrell, S. Th. D."; alterum, tribus tomis in 4:to comprehensum, hunc gerit titulum: "Particulæ Linguæ Syriacæ maxime e Barhebræi Chronico Syriaco et Assem. Bibl. Or. illustratæ a Carolo Magno Agrell, S. Theol. Doct." Quem igitur his operibus inesse eruditionis syriacæ thesaurum suspicari jussit tam grandis voluminum moles, quam celebre Auctoris nomen, quum talem esse revera invenerim, ut possit inde magna capere lexicographia syriaca incrementa, ne, si per me quodammodo staret, in Bibliothecæ nostræ scriniis delitescerent tantæ diligentiæ fructus, litteris ad Celeberrimum Auctorem datis, rogavi, vellet mihi veniam impertiri benignus, ut, quæ modo commemoravi, opera in unum redacta, publici juris facerem. Responsum tuli, quale a Viro, non solum humanissimo, sed simul veritatis amantissimo, et ab omni, qui eruditorum generi haud raro adhæret, sui amore alienissimo exspectare fas erat. Mihi enim non modo petenti annuit, sed,

---

b) *Edmundi Castelli* Lexicon Syriacum, quod seorsim edidit *Ioan. David. Michaëlis.* Gottingæ 1788.

quod fere pudet profiteri, injunxit simul officium, errores, si quosdam detegere mihi contingeret, in subjectis notulis pro virili corrigendi. Impetrata sic Cel. Auctoris venia, ad opus me strenuus accinxi, in quo ita versari sancti esse officii duxi, ut, quum obstaret, ne integra typis prodirent, manuscriptorum voluminum amplitudo, servatis ubique religiosa cum fide Auctoris verbis, sive singula vocabula, sive totas dictiones illustrandas spectant, chartæ angustiis non nisi in minuenda citationum, quas stupenda cum industria plerumque allegavit Auctor, copia consulerem. Hinc factum est, ut pro multis, quæ ad probandum laudavit ad singula fere in suis Supplementis obvia vocabula Auctor noster, scriptorum syriacorum locis, hic non nisi unus, vel ut maxime duo occurrant, quæ a me quamvis diligenti cum cura e multis plerumque electa, si non semper ad probandum sufficere Lectoribus viderentur, id mihi potius quam Cel. Auctori vitio esse vertendum palam profiteor.

Quo in ipso hujus operis limine sciant Lectores, quid sit pro lexicographiæ syriacæ incrementis ex Supplementis Agrellianis exspectandum, librorum syriacorum, e quibus potissimum eadem hausit Cel. Auctor, elenchum jam damus:

Barhebræi Chronicon Syriacum: Ediderunt Bruns et Kirsch. Lipsiæ 1789.

I. S. Assemanni Bibliotheca Orientalis Clementino Vaticana. Romæ 1719—1728. 3 Tom. in folio (ult. bipart.).

I. D. Michaëlis Chrestomathia Syriaca. Gottingæ 1768.

G Knös Chrestomathia Syriaca. Gottingæ 1807.

O. G. Tychsen Elementale Syriacum. Rost. 1793.

I G. Chr. Adler brevis Linguæ Syriacæ Institutio. Alton. 1784

O. G. Tychsen Physiologus Syrus. Rost. 1795.

Chrestomathia Syriaca, sive S. Ephraemi Carmina selecta. Ediderunt A. Hahn et F. L. Sieffert. Lips. 1825.

Arabisches, Syrisches und Chaldaisches Lesebuch, herausgegeben von F. Th. Rink und I. S. Vater. Leipzig 1802.

A. Oberleitner Chrestomathia Syriaca. Viennæ 1826.

H. A. Grimm's Neue Syrische Chrestomathie. Lemgo 1795.

H. E. G. Paulus' Neues Repertorium für Biblische und Morgenländische Litteratur. 1 Theil. Jena 1790. Continens appendicem ad Chronicon Barhebræi.

Siglorum quorundam explicatio.

B. = Barhebræi Chronicon Syriacum.

A. = Assemanni Bibliotheca Orientalis.

T. = Tomus.

P. = Pars.

p. = pagina.

l. = linea.

col. = columna.

In citando opere Assemanniano ipsum textum a notis textui subjectis distinxit Auctor, ita ut lineæ textus et notarum numquam sint connumeratæ. Quum Dissertationis de Monophysitis, quæ in fronte Tomi II. exstat, paginæ nullis numerorum characteribus (vulgo cifris) sint notatæ, hanc dissertationem per Signaturas typographicas (quarum quælibet octo paginas continet), hoc est, per litteras alphabeti minusculas infimæ plagulæ impressas, citavit, apposito simul numero (cifra), quem pagina laudatæ Signaturæ (non totius dissertationis) habitura esset.

ܐܒܐ *pater* i. e. *abbas*, A. T. 3. P. I. p. 44. col. 2. l. ult. etc. *a*) *episcopus*, A T 3. P. I. p. 591. col. 2. l. 19. etc. it. *principium*, A. T. 3. P. 2. p 375. l. 11 a fine, ubi quatuor elementa dicuntur *patres*, seu, ut vertit Assem. *principia* mundi. Plur. ܐܒܗܐ *parentes*, A T. 1. p. 27. col. 1 l. 6. etc., construitur ut plur. fem. B. p. 259. l. 1. ܐܒܐ ܕܐܒܗܬܐ *pater patrum* i. e. *patriartha*, A. T. 2. Diss. de Monoph. sign. g. (p. 7. l. 9.) ܪܝܫ ܐܒܗܬܐ *princeps patrum* h. e. *episcopus*. A. T. 3. P. 1. p. 159. col. 1. l. 1.

ܐܒܗܝܐܝܬ *patrio more, ad exemplum patrum*. A. T. 2. p. 80. col. 1. l. 7 a fine.

ܐܒܗܘܬܐ *paternitas*. Ita appellatur 1) *Patriartha*, A. T. 3. P. 1. p. 183. col. 1. l. 19. 2) *Episcopus*, *Metropolita*, A. T. 3. P. 1. p. 115. col. 2. l. antep. 3) *Pontifex Romanus*, A. T. 3. P. 1. p. 602. col. 2. l. 16. 4) *Presbyter*, *Archimandrita* s. *Abbas*, A. T. 1. p. 283. col. 1. l. 9 a fine.

a) etc. Indicat hoc siglum et alia occurrere in Manuscriptis Agrellianis ex Scriptoribus Syriacis citata loca, quæ hic, propter chartæ angustias, omissa sunt. Lindgr.

ܐܒܗܝܐ *paternus*, *patrius*, A. T. 2. p. 79. col. 1. l. 18 etc.

ܐܒܕ Aph. ܐܘܒܕ *amisit*. B. p. 191. l. 12 etc.

ܐܒܝܕܐ *periens*, A. T. 3. P. 1. p. 294. col. 1. l. 17.

ܐܒܠ *luctus*, ܨܡܕ ܐܒܠܐ *junxit luctum*, h. e. junctim luxit; *omnes junctim luxerunt*, B. p. 481. l. 11 etc.

ܐܒܝܠܐ *lugens*. "Anachoretas Syri ܐܒܝܠܐ h. e. *lugentes* appellant." A. T. 3. P. I. p. 185. col. 2. l. 17. a fine. "*Lugentes* Syri appellant Monachos Monialesque, qui poenitentiæ caussa in eremum secedunt, abdicatisque sæculi deliciis perpetuo luctu occupantur." A. T. 3. P. 1. p. 186. Not. col. 2. l. 32 a fine et sequ. Fem. ܐܒܝܠܬܐ A. T. 3. P. 1. p. 186. Not. col. 1. l. 19 a fine.

ܐܒܝܠܘܬܐ *monastica* s. *anachoretica vita*. A. T. 3. P. 1. p. 496. col. 1. l. 7 a fine.

ܐܒܘܠܐ teste Assemanno T. 1. p. 73. col. 1. l. 8 a fine 1) *porta*. 2) *vestibulum*, *ingressus*. (Cfr. Cast. Lex. Syr. pp. 4, 979). 3) *porticus*. 4) *columna*.

ܐܒܘܣ *abbas*, A. T. 1 p 478. col. 1. l. 15 a fine etc.

ܐܒܪܗܡܝܐ *Abrahamiticus*, A. T. 3. P. 1. p. 301. col. 2. l. 4.

ܐܒܫܬܐ coll. Chald. איבשה *labrusca*. Pauli neues Re-

pert. P. 1. p. 42. l. 3. p. 67. l. 1. (Utrobique vult Lorsbach in Archiv für die Morgenl. Litterat. P. 1. p. 313 legi ܐܦܫܠܐ *uvæ passæ* russin).

ܐܓܒܛܝܐ 1) *Coptus.* A. T. 3. P. 1. p. 354. col. 2. l. 24 a fine. 2) vertitur *Ægyptius*, vulgo ܩܘܦܛܝܐ A. T. 3. P. 1. p. 592. col. 2. l. 13 etc. *b*).

ܐܓܘܓܐ *ἀγωγός, ductus aquarum, canalis*, B. p. 26. l. 8. Knös Chrest. Syr. p. 82. l. 3.

ܐܓܘܢܐ *certamen.* Vertitur passim ab Assemanno, *bellum, pugna, zelus.* ܐܓܘܢܐ ܕܕܝܪܝܘܬܐ *certamen monachatus* i. e. palæstra ascetica, A. T. 3. P. 2. p. 883. l. 17.

ܐܓܝܐ ܣܘܦܝܐ et ܐܓܝܣܘܦܝܐ *ἁγία σοφία*, nomen templi Constantinopolitani, B. p. 581. l. 4 a fine. p. 444. l. 16.

ܐܓܝܪܘܬܐ *conductio* (mercede conductio), A. T. 2. p. 301. col. 1. l. 10 a fine.

ܐܓܪܬܐ *epistola. Abscidit* (ܦܣܩ) *epistolas* h. e. commercium litterarum abrupit s. intermisit, B. p. 377. l. ult.

---

b) ܐܓܒܛܝܐ *Ægyptius* legendum est, ni fallor, ܐܓܒܛܝܐ l. ܐܓܘܒܛܝܐ. Lindgr.

ܐܕܡ *Adam, filius Adami* h. e. *homo*, B. p. 511. l. 5.

ܐܕܪܐ *cumulus* (frumenti), *area.* ܐܕܪ ܕܫ an (ut Kirschius vertit) *trituravit?* B. p. 300. l. 6.

ܐܕܪܐ *ilex* arbor, A. T. 3. P. 1. p. 493. col. 2. l. 9.

ܐܕܫܐ 1) *forma*, 2) *modus*, 3) *species*, 4) *fructus arboris*, 5) *persona*, ut vertit Assem T. 3. P. 1. p. 568. col. 1. l. 6 a fine. Cfr B. p. 454. l. 4 a fine. p. 601. l. 13. An verti his locis potest *vivendi modus*, *mores* (uppförande) sicut ܙܢܐ *modus* significat *mores?* ܕܟܠ ܐܕܫܝܢ idem quod ܕܟܠ ܙܢܝܢ *omnium specierum* h. e. omnis generis, A. T. 3. P. 1. p. 326. col. 2. l. 9 a fine *c*).

ܐܘ 1) *aut, vel, sive*, 2) comparative, *quam* (ἤν) Matth. 11. 22, 24 etc. 3) *an* (eller) B p. 114. l. ult. etc. 4) *etiam, quoque*, Mich. Chrest. Syr. p. 115. l. antep. An legendum est ܐܦ? ܐܘ — — ܐܘ 1) *aut* — *aut*, *vel* — *vel*, *sive* — *sive*, 2) *modo* — *modo*, Tychs. El. Syr. p. 58. l. 7, 8.

ܐܘ *heu* ܐܘ ܐܘ ܐܘ ܥܠ ܚܫܐ *heu, heu, heu ex dolore s. tristitia* h. e. *proh dolor!* A. T. 3. P. 1. p. 128. col 1. l. 3.

---

c) Est ܐܕܫܐ i. q. Gr. τὸ εἶδος *species, forma, habitus rei.* Lindgr.

ܐܘܐ Pah. ܐܘܝ conciliavit, Ethp. ܐܬܬܘܝ *conjunctus est*, B. p. 445. l. 9. ܘܐܬܬܘܝܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܒܙܒܢܗ *et imperium Romanum*, quod antea inter plures imperatores divisum fuerat, *ejus* (Juliani) *tempore* in unum quasi corpus *conjunctum est*.

ܐܘܝܐܝܬ *unanimiter*, A. T. 3. P. 1. p. 493. col. 2. l. 1.

ܐܘܝܘܬܐ *conjunctio*, *consortium*, A. T. 3. P. 2. p. 202. l. 10 a fine. ܒܚܕܐ ܐܘܝܘܬܐ *in una concordia* l. *conjunctione* h. e. *simul*, *conjunctim* (samfält, enhälligt), *unanimi consensu*, B. p. 175. l. 10, 11 etc.

ܐܘܕܐ ܡܫܝܪܐ (non ܡܫܝܪܐ, ut vitiose scribitur in Cast. L. S. p. 15) vertitur 1) *verriculum furni*, non modo a Castello loc. cit. sed etiam ab Assemanno T. 3. P. 1. p. 333. col. 2. l. 9, 10. Itaque Michaëlis animadversio ad Cast. L. S. p. 15, si quidem valeat de Esai. 7, 4, non tamen probat, notionem *rutabuli* alibi esse damnandam. 2) Vertitur *titio adustus* s. præustus, A. T. 3. P. 1. p. 128. col. 1. l. 1 (ubi Ass. *titiones præusti*); p. 207. col. 2. l. antep. (ubi Ass. *titiones fumigantes*).

ܐܘܛܘܩܪܛܘܪ αὐτοκράτωρ, *imperator*, B. p. 68. l. 4 etc.

ܐܘܙܝܪ̈ܐ *magnates*, A. T. 1. p. 237. col. 1. l. 11 a fine.

ܐܘܟܡܐܕ forte *quemadmodum*, A. T. 3. P. 1. p. 119. col. 2. l. 4 a fine.

ܐܘܟܠܘܣ forte *turbæ*, *tumultus*, A. T. 2. p. 389. Not. col. 1. l. 7 a fine *d*).

ܐܘܢܐ et sæpius ܐܘܘܢܐ (non ܐܘܢܐ ut vult Michaëlis ad Cast. L. S.) *mansio*, A. T. 1. p. 140. col. 2. l. 16 a fine, T. 2. p. 217, col. 2. l. penult. *e*).

ܐܘܢܝܣ an *pelles?* (coll. Chald. אונא *pellis*) B. p. 598. l. 10 *f*).

ܐܘܢܓܠܝܘܢܐ *evangelium parvum* q. d. evangeliolum, A. T. 2. p. 225. col. 2. l. 11.

ܐܘܣܝܐ *possessiones* (egendom, gods, fastighet), A. T. 3. P. 2. p. 913. l. 4 a fine, etc.

ܐܘܣܝܐܝܬ an græcum οὐσιωδῶς *essentialiter?* A. T. 1. p. 502. col. 2. l. 16 a fine.

---

d) Legendum credimus loc. cit. non ܐܘܟܠܘܣ sed ܐܘܟܠܘܣ Græc. ὄχλος. Vid. Cast. L. S. p. 36. Lindgr.

e) Vid. voc. ܐܘܢ in Lex. Syr. Chrest. Kirschianæ a Bernstein. Lips. 1836. Lindgr.

f) Suspicamur vocabulum nostrum esse Græc. εὐνὴ *stragula lecti*. Ita quoque explicatur loc. c. in Beyträge etc. von Mayer. Wien 1819. Lindgr.

ܐܘܣܛܐܕ ܕܐܪ *præfectus palatii* (öfverhofmästare), B. p. 566. l. 10, antep. ult. Scilicet sunt nomina persica ܐܘܣܛܐܕ *præfectus* et ܕܐܪ *palatium* g).

ܗܘܦܘܕܝܩܘܢܘܣ et ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ plur. ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ̈ *hypodiaconus*, subdiaconus, A. T. 2. Diss. præl. de Monoph. sign. r. (p. 7. l. 11 a fine) etc.

ܐܘܪܓܢܐ et ܐܘܪܓܐܢܐ *organum, instrumentum*, B. p. 59. l. 6 a fine, p. 181. l. 4, ubi vertitur *vasa*. Scribitur ܐܘܪܓܢܘܢ et ܐܪܓܢܘܢ et ܐܘܪܓܢܢ in Cast. L. S. p. 20, 66.

ܐܘܪܪܐ *ornamentum, quod collo suo injicit sacerdos, sacris operaturus* (Cast. L. S. p. 65). Est Lat. vox *orarium*, quod Græcis dicitur *ὀράριον*, et minus recte *ὡράριον*. Est vero *orarium* (ut verbis Morini utar) Latinis ab *ore* ductum, Ecclesiasticis vero scriptoribus ab *orando*, quo hi, cum de vestibus et ornamentis ecclesiasticis verba faciunt, utuntur pro *stola*, unumque altero permutant. Vid. Morini Comm. de Sacris Eccles. Ordinat. p. 174 sq. N:o 92, p. 420.

ܐܐܓܐ *porticus*, B. p. 614. l. 6. (Ita vertit Bruns. Sed

---

g) Scribuntur vocabula nostra Arabice أستاذ الدار. Lindgr.

Assemannus T. 3. P. 2. p. 132. l. 24, ubi eadem narratio occurrit, vertit: *ornamenta*) *h*).

ܐܙܠ *defecit* (förmörkas; de sole, luna), B. p. 101. l. 9.
ܐܙܠ ܒܐܘܪܚܐ *abiit in via* h. e. *iter suscepit*, *peregrinatus est*, B. p. 520. l. ult. etc. ܐܙܠܝܢ ܘܡܬܚܝܠܝܢ *euntes et invalescentes*, an h. e. *magis magisque invalescentes?* B. p. 410. l. 11. *i*) ܐܙܠ ܥܠ *abiit contra* h. e. *adgressus est*, *hostiliter invasit* (marchera emot, tåga emot), B. p. 21. l. 9, 16 etc.

ܐܙܘܠܐ *viator*, *iter suscipiens*, *peregrinator*, Pauli n. Repert. Part. 1. p. 94. l. 5. p. 100. l. 4.

ܡܐܙܠ *iter*, emphat. ܡܐܙܠܐ. *Iter unius diei* ܝܘܡܐ ܚܕ (en dagsresa), B. p. 605. l. 8 etc.

ܡܐܙܠܬܐ *profectio*, *iter*, h. e. *expeditio militaris*, B. p. 123. l. 3, etc. it. *obitus*, *decessus*, *mors*, A. T. 3. P. 1. p. 490. col. 1. l. 10.

ܡܬܐܙܠܬܐ vertitur *planetæ*, A. T. 2. p. 268. Not. col. 1. l. 6. p. 269. col. 2. l. 8.

ܡܬܐܙܠܢܝܬܐ *sphæricus*, B. p. 30. l. antep.

---

h) Cfr. Arab. أَزَجٌ *porticus*. Lindgr.

i) Cfr. Hebræorum constructionem verborum הלך et ילך e. g. וילך הלך וגדל Gen. 26. 13. *magis magisque adolescebat*. Lindgr.

ܐܚܐ *frater* h. e. *Laicus*, A. T. 2. Diss. præl. de Monoph. sign. t. (p. 7. l. 4). ܐܚܐ̈ *fratres* h. e. *Templarii* (Tempelherrar), B. p. 346. l. 8, 11 etc. ܐܚܘܗܝ ܡܢ ܐܒܘܗܝ *frater ejus filius patris ejus* (halfbroder, af samma fader, men olika mödrar), *frater germanus*, A. T. 3. P. 2. p. 322. l. 6. ܐܚܘܗܝ ܡܢ ܐܡܗ *frater uterinus ejus*, A. l. c.

ܐܚܘܬܐ *fraternitas* h. e. *fratrum collegium*, *fratres*, A. T. 2. p. 78. col. 1. l. 24 etc. Cfr. Supplem. Synt. Syr. §. 71 et p. 308.

ܐܚܘܬܘܬܐ *fraternitas*, B. p. 187. l. 6.

ܐܚܕ 1) simpliciter et sine accusativo: *terra potitus est* vel *dominatus est*, B. p. 27. l. 6 etc. 2) *duravit*, A. T. 2. p. 61. col. 2. l. penult. etc. 3) *attulit*, *adduxit* e. g. caussam, A. T. 3. P. 1. p. 242. col. 1. Canonis 13. l. 20. 4) *obtinuit*, *obtinet* (äga rum, gälla), A. T. 3. P. 2. p. 646. l. 16. Aphel, ܐܘܚܕ 1) *prehendit*, *comprehendit* (gripa), B. p. 478. l. 9. p. 501. l. 2. 2) in manus *tradidit*, A. T. 3. P. 1. p. 526. col. 1. l. 8 etc. *k*).

ܐܚܕ ܕܪܐ *is qui observat* (iakttager) *aliquid*, *observans*, A. T. 1. p. 216. col. 2. l. 10 a fine.

---

k) q. d. *comprehendere*, *arripere fecit*; hinc ܐܘܚܕ ܢܘܪܐ *arripere fecit ignem* h. e. *accendit*. Lindgr.

ܐܚܝܕܐ 1) *dominans, obtinens*, A. T. 2. p. 170. col. 2. l. 1. etc. 2) *vir potens, princeps, præfectus*, B. p. 454. l. 5, 9. etc. 3) *tenens* h. e. *amplexus, adhærens, addictus* e. g. doctrinæ, sectæ alicui, A. T. 2. Diss. præl. de Monoph. sign. u. p. 7. l. 13 a fine etc. 4) *tenens* h. e. *nutriens, sustentans* (underhållande), A. T. 3. P. 2. p. 365. l. 4.

ܐܚܝܕܘܬܐ 1) *possessio*, A. T. 3. P. 1. p. 339. col. 1. l. penult. 2) *latens significatio*, A. T. 2. p. 160. col. 2. l. 1. (Forsitan hæc notio quodammodo cognata est significationi *ænigmatis*, quam habet nomen ܐܘܚܕܬܐ).

ܐܘܚܕܢܐ 1) *ditio, territorium, regnum*, B. p. 402. l. 4 a fine etc. 2) *imperium, potestas* h. e. (abstracto posito pro concreto) *imperatores* (ut nos dicimus: Generalitet, befäl, pro: Generaler, befälhafvare) vel etiam *magnates, proceres*. Certe qui in Knös Chr. Syr. p. 69. l. 4 dicuntur ܪ̈ܫܢܐ (*principes, magnates, proceres*), iidem mox infra l. 7 appellantur ܐܘܚ̈ܕܢܐ. Adde Knös Chr. Syr. p. 71. l. 11. p. 99. l. 4. (Cfr. Agrellii Comment. de variet. generis et numeri in LL. OO. p. 75. not. b). 3) vertitur *ænigma*, A. T. 1. p. 74. col. 1. l. 7 a fine. (An h. l. punctandum est cum Ribui ܐܘܚ̈ܕܢܐ *ænigmata*, a sing. ܐܘܚܕܬܐ *ænigma?*).

ܡܬܐܚܕ sequ. ܐܚܝܕܐ, vid. ܠܐܚܝܕܐ sub rad. ܐܚܕ.

ܡܬܐܚܕܢܐ *apprehensibilis, attrectabilis*, A. T. 2. p. 99. col. 1. l. 3.

ܐܚܪ. Schaphel ܫܘܚܪ vid Cast. L. S. p. 906. Eschtaph. ܐܫܬܘܚܪ 1) *superfuit*, A. T. 3. P. 2. p 281. l. 15 a fine. 2) *cunctatus est*, A. T. 1 p. 230. col. 1. l. 14.

ܐܚܪܢܐ f. ܐܚܪܬܐ *alia*, it. *deinde*, cfr. Agrellii Supplem. Synt. Syr. p. 188. ܐܚܪܢܐ ܘܐܚܪܢܐ *alius atque alius* (olika, särskild), *diversus*, *varius*, A. T. 3. P. 1. p. 340. col. 1. l. 23 etc. ܐܚܪܢܐ ܡܢ *alius ab* aliquo (ut vertit Assem.) h. e. *alius quam*, *diversus a*, A. T. 2. p. 165. col. 1. l. 17 a fine. ܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ 1) *alio die* (Bruns: *quodam die*), vel rectius *altero die*, *postero die*, B. p. 473. l. 3. p. 184. l. 14. Act. Ap. 4, 5. 20, 7, 15. A. T. 2. p. 183. col. 2. l. 9 a fine (ubi verte: *quod supererat*, *postero die corrumpebatur*. 2) *in sequentem s. posterum diem*, A. T. 3. P. 2. p. 270. l. 7, 8. ܠܐܚܪܬܐ *ex altera parte*, A. T. 2. p. 192. col. 2. l. 11 a fine.

ܚܪܬܐ (pro ܐܚܪܬܐ) *finis*, B. p. 546. l. 4 a fine etc. *Consummatio sæculi*, *finis mundi*, A. T. 1. p. 222. col. 2. l. 2 etc.

ܐܝܟ vel ܐܟ ut quoque scribitur, (vitiosene an recte, haud facile dixerim) *sicut*, *prout*, *secundum* etc. In compositis ܐܟ pro ܐܝܟ occurrit, nempe *a*) In ܐܟܡܐ, quod sequente ܕ significat 1) *quemadmodum*, *sicut*, B. p. 578. l. 6 a fine etc. 2) *quamdiu*, *dum*, B: p. 131. l. 6 a fine. 3) *ut* (att, på det att), B. p. 357. l. 6. 4) *quum*,

3

quando, Knös Chr. S. p. 98. l. 8. 5) *quo magis* (in posteriori membro ܝܬܝܪ *eo magis*). A. T. 1. p. 34. Not. col. 1. l. penult. β) In ܐܟܡܐ sequ. ܕ 1) *ut*, *quo* (att, på det att), B. p. 591. l. 11 etc. 2) *quasi*, *tamquam*, A. T. 2. p. 211. col. 2. l. 8 a fine etc. 3) *utpote qui*, *quoniam*, *quia*, *siquidem*, B. p. 66. l. 7 etc. 4) an *quamvis*, *etiamsi?* B. p. 153. l. 5 a fine *l*). 5) *quasi ut* (liksom för att, under sken eller förevändning att). B. p. 220. l. antep. γ) In ܐܟܡܢܐ ܕ pro ܐܟ ܡܢܐ ܕ *secundum modum*, *quo* i. e. 1) *sicut*, *quemadmodum*, A. T. 1. p. 480. l. 20 etc. 2) *velut*, *exempli gratia*, B. p. 62. l. 8 a fine. B. p. 252. l. 4 (ubi verte: *velut Petrus*, *diaconus scriba et pædagogus*) Scribitur ܐܟܡܢܐ in Barhebræi locc. citt. Sed mendosa esse videtur scriptio. δ) In ܐܟܚܕ, ܐܟܚܕܐ 1) *simul*, *una*. 2) *unanimiter*, B. p. 571. l. penult. etc. ε) In ܐܟܚܕܢܐܝܬ *simul*, A. T. 3. P. 1. p. 578. col. 1. l. 1.

ܐܟܡܐ ܕ quid? B. p 164. l. 5. quid ܐܟܡܐ ܕܗܘ? an *sicut factum est?* B. p 573. l. 6. *m*).

---

l) Loco citato Barhebræi eadem, ni fallor, obtinet significatio particulæ ܐܟܡܐ ܕ, quam sistit N:o 3 *utpote*, *eo quod*. Lindgr.

m) Vertendum credo B. p. 164. l. 5. *quomodocumque* (quibuscumque denique persuadendi artibus usus sit eunuchus); quemadmodum etiam B. p. 573. l. 6. *quomodocumque vero hoc sit* (men vare härmed huru som heldst). Lindgr.

ܐܰܠܶܠ in B. p. 413. l. 7. nescio, an vertendum *ejulavit*, *flevit*, ita ut sit Aphel ab ܠܠ, an *adjuvit* (advenit et adjuvit, copiis secum adductis), ita ut sit conjugatio Pahlel a rad. ܐܠ. Bruns vertit *auxilium præstitit* n).

ܐܰܝܢܳܐ m. ܐܰܝܕܳܐ f. pl. ܐܰܝܠܶܝܢ comm. *quis? quisnam?* A. T. 2. p. 219. l. etc. Sequ. ܕ 1) *is qui*, B. p. 47. l. 6 a fine etc. 2) simpliciter *qui*, B. p. 58. l. 8 etc. ܟܽܠ ܐܰܝܢܳܐ ܕ *quicumque*, B. p. 611. l. 1 etc.

ܐܺܝܬܺܝ̈ܩܳܐ *ethica*, A. T. 2. p. 268. Not. col. 1. l. 12 etc.

ܐܰܟ݂ܶܠ transl. *consumsit*, *dilapidavit*, B. p. 566. l. ult. ܐܰܟ݂ܶܠ ܨܶܒ݂ܥܳܬ݂ܶܗ *comedit digitos suos* h. e. indignatus est, B. p. 413. l. 5 et 4 a fine.

ܐܽܘܟ݂ܠܳܐ *cibus*, B. p. 507. l. antep.

ܐܶܦܶܢ *deinde*, *postea*, Hahn Chrest. Syr. ex Ephraemo, p. 5. l. 3, 7. p. 147. l. 5. Est ܦܶܢ cum Olaph prosthetico.

ܐܰܟܣܺܝܘܡܰܐ græc. ἀξίωμα, *dignitas*, A. T. 3. P. 1. p. 56. col. 2. l. 33.

---

n) **Rectius sine dubio Mayer in libr. cit. p. 164 explicat ܐܰܠܶܠ ex græco ἀλαλάζω *belli clamorem tollo*. Lindgr.**

ܐܟܣܢܝܐ vid. supra in ܐܟܣ.

ܐܟܣܢܘܕܘܟܐ *xenodochus*, A. T. 2. p. 50. Not. col. 1. l. 19.

ܐܟܣܢܕܘܟܝܢ et ܐܟܣܢܘܕܘܟܝܢ *xenodochium*, A. T. 2. p. 50. Not. col. 1. l. 19. B. p. 372. l. 4 a fine.

ܐܟܣܢܝܐ 1) *terra peregrina*, *peregrinitas* (græc. ξενία), A. T. 3. P. 1. p. 496. col. 2. l. 7. 2) *vita anachoretica*, A. T. 3. P. 1. p. 604. col. 1. l. 5 a fine.

ܐܬܟܣܢܝ *peregrinatus est*, A. T. 2. p. 209. col. 2. l. 15. Sine dubio formatum ab ܐܟܣܢܝܐ ξένος, *hospes*, *peregrinus*. Habet Cast. p. 960 ܐܬܟܣܢܝ.

ܐܟܣܪ *in exsilium egit*, *relegavit*, B. p. 93. l. 4 a fine. ܐܬܟܣܪ *in exsilium missus est*, *relegatus est*, B. p. 526. l. 5. Ortum est hoc verbum ex

ܐܟܣܘܪܝܐ (ut vulgo, vel ܐܟܣܘܪܝܐ, ut nonnumquam ab Assemanno punctatur) græc. ἐξορία, *exsilium*, A. T. 1. p. 406. Not. col. 2 l. 4. A. T. 2. p. 58. col. 2. l. 12 etc.

ܐܟܣܘܪܣܛܐ *exsul*, *relegatus* (græc. ἐξοριςος), A. T. 2. p. 294 col. 1. l. antep.

ܐܟܦ ad significationes Castellianas, *sedulus fuit*, *sollicitavit* adde: impersonaliter *curæ fuit*, seq. ܠ pers. *curæ sibi habuit*, A. T. 1. p. 147. col. 2. l. 1 (ubi non vertitur ab Assemanno). Pah. ܐܟܦ *incitavit*, A. T. 1.

p. 334. col. 1. l. 8 a fine. A. T. 1. p. 452. col. 2. l. 12 a fine *o*).

ܐܚܘܪ (vox persica *p*) *stabulum* (stall, hofstall, stallstat), B. p. 484. l. 5 a fine. B. p. 534. l. 3 (ubi verte vocabula ܐܚܘܪ ܐܡܝܪ *præfectus stabuli* (stallmästare).

ܐܟܪܘܬܐ *agricultura*, B. p. 246. l. 4 a fine *q*).

ܐܠܐ ad ea, quæ habet Cast., adde: *si non* (ex ܐܢ ܠܐ). Præfixo Vau ܘܐܠܐ *sin minus*, *alioquin* (hvarom icke, annars), B. p. 413. l. 3 etc. Cum sequ. ܐܢ *nisi*, *præterquam si* (så framt ej), B. p. 515. l. 7 etc.

ܗܠܠܐ ἑλλάς, Græcia, B. p. 9. l. 1. p. 58. l. penult.

ܐܘܠܘܡܦܝܣ *Olympias*, A. T. 1. p. 588. Not. col. 1. l. 25 a fine etc.

(ܗܡܣ)

ܡܗܡܣܢܘܬܐ ad Castell. adde: pl. ܡܗܡܣܢܘܬܐ *docti commenta*.

---

o) Referenda potius crediderim hæc duo conjugationis Pahelicæ exempla ad radicem ܚܡܣ in forma Aphelica. Lindgr.

p) Scribitur persice آخور. Lindgr.

q) Lexico Castelliano adde quoque verb. denom. ܐܟܪ Pah. *fodit terram, aravit*, Chrest. Kirsch. Ed. Bernstein. p. 201. l. 13. Lindgr.

rii, docti tractatus s. scripta, A. T. 3. P. 1. p. 187. Not. col. 1. l. antep.

ܐܠܦܐ *chilias.* ܪܫ ܐܠܦܐ *caput s. præfectus chiliadis h. e. chiliarcha*, B. p. 186. l. 6, 7 etc.

ܐܠܦܐ ܒܝܬܐ et ܐܒܓܕܐ ܕܐܠܦ ܒܝܬ et ܐܠܦ ܒܝܬ *alphabetum*, A. T. 2. p. 160. col. 2. l. 13 a fine. A. T. 2. p. 382. col. 1. l. 13 a fine.

ܐܠܦܘܢܝܬܐ *navicula*, B. p. 406. l. 11 etc.

ܐܠܨ ad Cast. adde: 1) *arcta obsidione pressit, obsedit*, B p. 393. l. 11 etc. 2) *rogavit enixe, instanter*, A. T. 3. P. 1. p. 214. Not. col. 1. l. 18. 3) ܐܠܝܨ et ܐܠܝܨܐ ܗܘܐ *necesse fuit*, A. T. 1. p. 106. col. 1. l. 8, 9. T. 3. P. 1. p. 116. col. 2. l. 12. ܡܢ ܐܠܝ̈ܨܬܐ *ex necessariis* h. e. 1) *necessario*, A. T. 2. p. 286. col. 1. l. 11 a fine. 2) *necessarius*, A. T. 3. P. 1. p. 577. col. 1. l. 23. 3) *necesse est*, A. T. 2. p. 286 col. 2. l. 6.

ܐܠܝܨ, ܐܠܝܨܐ *necessarius*, A. T. 3. P. 2. p. 464. l. 10 a fine etc.

ܐܠܝܨܐܝܬ *necessario, necessarie*, A. T. 3. P. 1. p. 267. Not. col. 2. l. 10.

ܐܘܠܨܢܐ ad Cast. adde: *obsidio*, B. p. 409. l. 4 etc.

ܐܡܐ *mater* i. e. *abbatissa*, monasterii præposita, A. T. 3. P. 2. p. 916. l. 6 a fine. It *metropolis*, A. T. 3. P. 1. p. 333. col. 1. l. antep In A. T. 3. P. 2. p. 646. l. 11, 12 *summus principatus* appellatur ܐܡܐ ܕܪ̈ܫܢܘܬܐ *mater principatuum.*

ܐܡܒܘܢܐ græc. *ἄμβων*, lat. *ambo* (gen. ambonis), A. T. 3. P. 2. p. 798. l. 13 a fine. p. 888. l. 23.

ܐܡܢ forte *frequens vel assiduus fuit*, A. T. 1. p. 238. col. 1. l. 14 r). Aph. ܗܝܡܢ it. *ausus est* (tilltro sig), B. p. 175. l. 6 a fine.

ܐܘܡܢܐ 1) *ars*, B. p. 132. l. 12. A. T. 2. p. 229. col 2. l. 4. 2) *actio*, A. T. 2. p. 224. col. 2. l. 2. 3) *professio, gradus*, A. T. 2. p. 237. col. 1. l. 19 a fine, p. 243. col. 1. l. antep. ܒܪ ܐܘܡܢܐ *filius artis* vel *professionis* h. e., ut vertit Assem., *sodalis* (vester), *ejusdemque instituti sectator*, A. T. 3. P. 1. p. 218. col. 2. l. 3.

ܐܡܝܢ præc. ܒ *cum amen* h. e. *ex voto et consensu*, A. T. 3. P. 1. p. 568. col. 1 l 9 (ubi Ass. *ex* universæ Christianorum ecclesiæ *voto et consensione*). p. 77. col. 2. l. 1 (ubi Ass. *in nomine* universi Christianorum coetus).

---

r) ܐܡܢ in Peal præter part. Peil inus.; referendaque hæc significatio ad conj. Ethpeel ܐܬܐܡܢ quæ est: *firmum constantemque se præstitit, perseveravit, operam dedit.* Lindgr.

ܐܡܝܢܘܬ praec. ܒ *in perpetuitate* h. e. *perpetuo*, *constanter*, *assidue*, B. p. 451. l. 3. p. 460 l. 8 etc.

ܐܘܡܢܘܬܐ ad Cast. adde: *dolus*, *insidiæ*, A. T. 1. p. 172. col. 2. l. 13

ܗܝܡܢܘܬܐ *fides*, A. T. 3. P. 1. p. 280. Not. col. 1. l. 22 a fine.

ܡܗܝܡܢܐ ad Cast. adde: 1) *eunuchus*, *spado*, B. p. 26. l. 10 (ubi explicatur per ܐܘܢܘܟܣܐ *eunuchus*). p. 34. l. 14 etc. 2) *minister*, *præpositus*, quia eunuchi olim gravissimis in oriente muneribus præficiebantur, B. p. 43. l. 12. A. T. 3. P. 1. p. 208. col. 1. l. 9 a fine.

ܡܬܐܡܢܢܐ *firmus*, *constans*, A. T. 3. P. 1. p. 571. col. 1. l. 12 a fine.

ܡܬܗܝܡܢ *credibilis*, fem. ܡܬܗܝܡܢܐ *credibile est*, A. T. 3. P. 1. p. 408. col. 1. l. 20.

ܡܬܗܝܡܢܢܝܬܐ *credibilis*, B. p. 270. l. 4. *s*).

ܐܡܪ ad C. adde: 1) *composuit*, *conscripsit*, A. T. 2. p. 467. col. 1. l. 13, 17, 30 etc. 2) *cecinit*, A. T. 3. P. 1. p. 533. col. 1. l. 24 etc. 3) *dixit* i. e. *hujus argumenti* (så lydande) e. g. *scripsit epistolam ad Zangium* ܘܐܡܪ *et dixit* h. e. epistolam hujus argumenti, B. p. 316. l. 4. etc. 4) *præcepit*, *jussit*, A. T. 3. P. 1. p. 528.

---

s) Fem. emph. a masc. ܡܬܗܝܡܢܢܐ. Lindgr.

col. 1. l. 15 a fine et l. 7 a fine etc. 5) ܠܡܐܡܪ *id est*, *nempe*, *scilicet*, A. T. 2. p. 308. col. 1. l. 24 etc. vel ܐܡܪ ܐܢܐ *inquam*, pl. ܐܡܪܝܢܢ *inquimus*, A. T. 2. p. 512. col. 2. l. 15 a fine. T. 1. p. 515. col. 2. l. 5. ܚܕܐ ܠܡܐܡܪ *ut uno verbo dicam* (med ett ord sagdt), B. p. 598. l. 8 etc. ܐܝܟ ܕܠܡܐܡܪ *ut ita dicam*, A. T. 2. p. 12. col. 1. l. 9, 10 etc. 6) Part. Peil ܐܡܝܪܐ *supradictus*, *prædictus*, A. T. 2. p. 423. col. 2. l. 9 etc. Plena phrasis est ܕܐܡܝܪ ܡܢ ܠܥܠ *dictus supra*, A. T. 2. p. 250. col. 2. l. ult.

ܐܡܘܪܐ "a Syris sumitur pro *dicente*, *eloquente* et *cantore*." Verba sunt Assemanni T. 3. P. 2. p. 825. l. 5 et 4 a fine.

ܐܡܘܪܬܐ *sermo* s. *homilia*, T. 3. P. 1. p. 532. col. 1. l. 8 a fine.

ܐܡܝܪܐ (Arab. أَمِير Emir) *princeps*, *dux*, B. p. 187. l. 9 etc.

ܡܐܡܪܐ it. *pars* vel *sectio* libri, *tractatus*, *liber* operis, B. p. 58. l. 1 etc.

ܡܐܡܪܘܢܐ *oratiuncula*, A. T. 3. P. 1. p. 310. col. 2. l. 2.

ܐܡܬܝ ad C. adde: ܐܝܬ ܐܡܬܝ ܕ *est quando* h. e. *aliquando*, A. T. 1. p. 455. col. 2. l. 22, 23 etc. Repetita phrasis *nunc* — *nunc*, A. T. 3. P. 2. p. 822. l. antep. et penult.

ܐܢ ad C. adde: 1) *an*, *num* (om), B. p. 597. l. ult. etc. 2) *si vel*, *etiamsi* (om ân), B. p. 597. l. penult.' etc. 3) *si quidem* (så framt, om), A. T. 2. p. 459. Not. col. 1. l. 13 a fine etc. — ܐܢ — ܐܢ vel sæpius aut fere semper — ܐܘ ܐܢ *sive* — *sive* (antingen — eller), B. p. 592. l. 6 a fine. A. T. 1. p. 306. col. 1. l. 21. etc. — sequ. ܐܪܐ *num? an?* B. p. 441. l. ult. — sequ. ܓܝܪ, ܐܢܓܝܪ et ܐܢܓܝܪ 1) *si enim*, *nam si*, B. p. 52. l. 4 a fine etc. 2) simpliciter *si*, Michaël. Chr. Syr. p. 19. l. 5, 6.

ܐܢܒܒܙܘܢ an idem quod ܐܢܒܝܒܙܘܢ *caput draconis*, quod exstat in Cast. L. S. p. 48? Certe ita vertit Bruns in B. p. 574. l. 8.

ܐܢܓܡܘܢ *ichneumon*, quod animal interdum etiam ܬܡܣܐ dicitur, Tychsen Physiol. Syr. p. 5. l. 3, 4, 5.

ܐܢܕܪܘܓܘܢܐ (vide Mich. ad Cast. L. S. p. 49) scribitur quoque et ܗܢܕܪܓܝܐ, A. T. 2. p. 61. col. 2. l. 19 et lin. antepen., et ܐܢܕܪܓܘܢܐ, A. T. 2. p. 56. col. 2. l. 16 a fine, et ܗܢܕܪܘܓܘܢܐ, A. T. 1. p. 236. col. 1. l. penult.

ܐܢܕܪܘ. et ܐܢܕܪܘܣ *hydra*, *canis aquaticus* (cfr. Cast. L. S. p. 49), animal crocodilo inimicum, Tychsen Physiol. Syr. p. 19. l. antep. et ult. p. 20. l. 4.

ܐܢܘܠܘܓܝܐ *census*, A. T. 2. p. 501. col. 1. l. 18 *t*).

ܐܢܠܘܛܝܩܐ *analyticus*, A. T. 3. P. 1. p. 154. col. 2. l. 8.

ܐܢܘܢܐܣ et ܐܢܘܢܝܣ plur. *annonæ*, h. e. ut neogræca vox *ἀννωνα*, *afslöning*, *underhåll* (cfr. Lorsbach Archiv. P. 1. p. 256), B. p. 589. l. 12. p. 435. l. 3.

ܐܢܛܝܟܠܣܝܣ *translatio juris*, A. T. 2. p. 501. col. 1. l. 9.

ܐܢܛܘܢܝܩܘܢ *antonicon*, vox sine dubio corrupta ex Græco *εὐτόκιον facilem partum reddens* (lapis). Est lapis *Ætites*, quem in aquilarum nido inveniri fabulantur. Tychsen Physiol. Syr. p. 13. l. 6. p. 106 not.

ܐܢܢܩܝ ad Cast. adde: ܡܢ ܐܢܢܩܝ ܕ *ex necessitate* (*ἀνάγκη*) *ut* h. e. *necesse est ut*, B. p. 420. l. 4 a fine. A. T. 2. p. 286. col. 1. l. 16 a fine. ܡܢ ܐܢܢܩܝ *ex necessitate*, *propter necessitatem*, A. T. 3. P. 1. p. 244. col. 1. l. 10 et 9 a fine etc. ܡܢ ܟܠܗ ܐܢܢܩܝ *ex omni necessitate* h. e. *necessario*, A. T. 3. P. 1. p. 242. col. 1. l. penult. (ubi A. *omnino*).

ܐܢܢܩܝܘܬܐ *necessitas*, A. T. 3. P. 1. p. 556. col. 1. l. 19 a fine.

---

t) Scribendum ܐܢܘܠܘܓܝܐ, utpote comp. ex voc. Græc. *ἔνος annus*. Ita quoque legitur loco cit. Assemanniano. Lindgr.

ܐܢܢܩܣ̈ *necessitates*, A. T. 3. P. 2. p. 465. l. 10.

ܐܢܢܩܐܝܬ *necessario*, *necessarie*, A. T. 3. P. 1. p. 246. col. 1. l. 16.

(ܐܦ)

ܐܦܐ, ܐܦ̈ܐ, constr. ܐܦ̈ܝ ad Cast. adde: ܐܦ̈ܝ ܐܘܢܓܠܝܘܢ B. p. 444. l. 2. quid? Bruns: *evangelia*. Forte rectius vertendum: *facies* (imagines) *Evangelistarum* u). — ܐܦ̈ܝ ܗܝܟܠܐ *facies templi*, cstr. cum ܢܬܦܬܚܘܢ, vertitur ab Assem. *pateat prospectus templi* vel clarius, *reserata sint ostia templi*, nimirum fores sanctuarii, seu porta major cancellorum, A. T. 3. P. 2. p. 825. N:o 1. — Cstr. cum ܐܦ̈ܘܗܝ vel ܐܦ̈ܝܗ 1) *vertit faciem* proprio sensu, A. T. 3. P. 2. p. 688. col. 2. l. 10 a fine. 2) metaph. *fugit*, *convertit se ad fugiendum*, B. p. 225. l. 7. p. 400. l. 5 a fine etc. 3) *vertit faciem ab aliquo* h. e. indignationem ostendit alicui, B. p. 258. l. 3. p. 388. l. 10. 4) sequ. ܡܢ *deflexit a*, *deseruit*. B. p. 454. l. 10 etc. — ܐܙܠ ܠܩܘܒܠ ܐܦ̈ܘܗܝ *ivit versus faciem suam*, contendit e regione faciei suæ, est quod nos in quotidiano et proletario sermone dicimus, *gå deråt näsan vänder sig*, *gå efter näsan* (och dess an-

---

u) Vertendum sine dubio *tegumenta evangeliorum* Sveth. *banden på evangeliiböckerna*. Cfr. ܐܦ̈ܝ ܬܪܥܐ ܕܗܝܟܠܐ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ, Matth. 27. 51. Lindgr.

visning), de homine errabundo, vel in tenebris vagante, B. p. 605. l. 13, 14. — ܣܡ ܐܦܐ vel ܣܡ ܐܦܘܗܝ *posuit faciem* vel *posuit faciem suam* h. e. 1) *convertit se* in vel ad vel contra aliquem locum, *oculos vel animum convertit* ad locum (rikta sin blick), B. p. 187. l. 4 a fine. p. 244. l. 5 a fine. 2) *convertit se* ad aliquid faciendum, *statuit, constituit, decrevit* (besluta), *cogitavit* (erna sig), B. p. 156. l. antepen. et sequ. p. 475. l. 14 etc. — Cstr. c. ܚܙܐ 1) pr. sensu *vidit faciem alicujus*, conspexit, B. p. 527. l. 4 a fine. 2) *invisit*, B. p. 508. l. 11. p 521. l. 10 etc. — ܩܫܐ ܐܦܐ *durus facie* h. e. homo perfrictæ frontis, impudens, A. T. 1. p. 74 col. 1. l. 9 et 8 a fine.

(ܐܢܚ)

ܡܬܐܢܚܢܘܬܐ B. p. 402. l. 4 a fine, ubi Bruns: *angustia* (forte a radice ܐܢܚ *suspiravit ex angustia v*).

ܐܢܫ, ܐܢܫܐ it. *quædam*, *aliqua*, de feminis. Plur. ܐ̈ܢܫܝܢ *quædam*. ܐܢܬܬܐ ܐܢܫ *mulier quædam*, B. p. 129. l. antepen. p. 507. l. 13. — Plur. ܐ̈ܢܫܝܢ it. *milites*, B. p. 262. l. 2. p. 281. l. 5 etc. — Scribitur quoque per

---

v) Loco citato legendum suspicor non ܡܬܐܢܚܢܘܬܐ sed ܡܬܡܚܟܢܘܬܐ *illusio*, *derisio*. Pro hac lectione spondet, ni fallor, quod proxime præcedit synonymum ܒܙܚܐ. Lindgr.

aphæresin ܢܳܫܳܐ pro ܐ݁ܢܳܫܳܐ, plur. ܢܳܫ̈ܶܐ, *homo*, *homines*, B. p. 21. l. 4. p. 26. l. 5.

ܐ݁ܢܳܫܽܘܬܳܐ it. *genus humanum* seu *homines*, A. T. 3. P. 1. p. 260. col. 2. l. 2. T. 1. p. 314. col. 1. l. 5. it. *populus, incolæ*, *homines*, *familia*, *cognati*, *asseclæ*, prout contextus fert, B. p 107. l. 5. p. 141. l. 9. p. 148. l. 5 a fine. p. 512. l. 6 (ubi Bruns: *copiæ*, folk, manskap) etc.

(ܐܣܐ)

ܐܳܣܝܳܝܳܐ adj. *medicus*, *medicinalis*, it. pro genit. pl. *medicorum*, B. p. 485. l. 8. A. T. 2. p. 268. Not. col. 2. l. 14.

ܐܣܦܺܝܬܰܐܠܳܪ̈ܝܶܐ et ܐܣܦܬܠܪ̈ܝܐ et ܐܣܦܬܠܐܪ̈ܝܐ *Hospitalarii* (en slags orden), B. p. 401. l. 7 a fine. p. 402. l. 10. p. 419. l. 9.

ܐܶܣܛܰܒܠܳܐ *stabulum*, A. T. 3. P. 2. p. 465. l. 2. ubi Ass. *ovile*.

ܐܶܣܛܰܛܺܝܳܘܢ *statio*, A. T. 3. P. 1. p. 178. col. 1. l. 19. T. 3. P. 2. p. 242. l. 9.

ܐܶܣܛܳܘܠܳܣ *stolæ*, A. T. 3. P. 1. p. 256. Not. col. 1. l. 12 a fine.

ܐܶܣܛܽܘܢܳܝܳܐ *stylites* h. e. supra columnam positus, qui super columnam vivit, A. T. 3. P. 1. p. 256. l. 3 etc.

ܐܶܣܛܽܘܢܳܪܳܐ id. A. T. 1. p. 54. col. 1. l. 3. T. 3. P. 2. p. 139. l. 11 a fine. vid. Cast. L. S. p. 54.

ܐܣܛܪܛܝܓܘܣ id. quod ܐܣܛܪܛܝܓܐ στρατηγός, B. p. 77. l. 11.

ܐܣܛܪܘܠܒܘܢ et ܐܣܛܪܘܠܒܘܢ *astrolabium*, B. p. 178. l. 13. p. 59. l. 5 a fine.

ܐܣܟܘܠܐ, plur. ܐܣܟܘܠܣ et ܐܣܟܘܠܣ, *schola*, A. T. 3. P. 1. p. 124. col. 2. l. 6, 12. p. 603. col. l. ult. p. 178. col. 1. l. 2, 21 etc.

ܐܣܟܘܠܝܐ *scholaris, scholasticus*, A. T. 3. P. 1. p. 124. col. 2. l. 8 etc.

ܐܣܟܘܠܝܘܢ *scholion*, A. T. 3. P. 1. p. 198. col. 2. l. penult.

ܐܣܦܩܪܝܛܐ *hypocrita*, A. T. 1. p. 28. col. 1. l. 11 a fine.

ܐܣܡܥܝܠܝܐ et ܐܣܡܥܝܠܝܐ *Ismaëlitæ;* fuerunt *sicarii*, et pro *sicariis* ponuntur, B. p. 315. l. 7 a fine et l. penult. etc.

ܐܣܦܝܪܝܩܝܐ et ܐܣܦܝܪܝܩܝܐ *sphæricus*, A. T. 3. P. 1. p. 294. col. 1. l. 14 a fine.

ܐܣܦܘܣ *balæna*, *cete*, Tychs. Phys. Syr. p. 18. l. ult. p. 19. l. 1. (vid. Cast. L. S. p. 57).

ܐܣܩܘܛܪܝܢܐ *socotorina* aloë, A. T. 3. P. 1. p. 506. col. 2. l. 17.

ܐܣܪ it. *captivum fecit*, B. p. 290. l. 1, 5 etc. ܐܣܪ ܘܫܪܐ *ligavit et solvit*, h. e. *interdicere et permittere* (cfr. Matth. 16, 19. 18, 18), vel etiam *in vincula conjicere et vincula solvere*. Est descriptio summæ vel absolutæ potestatis (cfr. Lorsbach Archiv für die morgenl. Litter. P. 1. p. 220), B. p. 593. l. 13. A. T. 3. P. 2. p. 464. l. 6 a fine.

ܐܣܝܪܐ it. *captivus*, B. p. 497. l. ult. etc. it. *conjunctus* cum aliqua re, A. T. 3. P. 1. p. 138. Not. col. 2. l. 15 a fine.

ܐܣܝܪܘܬܐ *captivitas*, B. p. 404. l. ult. etc.

ܐܣܘܪܝܐ it. *captivitas*, B. p. 324. l. 5 a fine. p. 401. l. ult.

ܐܣܘܪܐ it. *particula*, A. T. 1. p. 475. col. 2. l. 4 a fine. p. 280. col. 1. l. 18. "Ligamen seu Conjunctio, hoc est, ceteræ particulæ, quæ neque nomen sunt, neque verbum." Sunt verba Assem. in T. 3. P. 1. p. 190. Not. 6. Plur. ܐܣܘܪܐ̈ *vincula* h. e. poenæ ecclesiasticæ. "Per hanc vocem intelligi existimo (hoc loco, infra citando) "interdicta ecclesiastica, aliæque poenæ (ecclesiasticæ), quibus reus innodari solet." Sunt verba Assem. in T. 3. P. 1. p. 190. Not. 6. Cfr. infra voc. ܫܪܝܐ.

ܐܦ sequ. ܠܐ l. ܠܐ 1) *quin etiam*, B. p. 409. l. 7. p. 480. l. 4. A. T. 2. p. 280. col. 1. l. 17 etc. 2) simpliciter *etiam*, B. p. 171. l. 5 a fine. p. 177. l 9 etc.

— sequ. ܗܟܢܐ *etiam sic* h. e. *nihilominus* (likafullt, det oaktadt), B. p. 97. l. 6 a fine. — ܐܦ — ܐܦ *et* — *et*, *tam* — *quam*, B. p. 289. l. 11. p. 330. l. 11 etc.

ܐܦܠܐ it. 1) *nec*, *neque*, B. p. 577. l. 4 etc. 2) *ne* — *quidem* (icke en gång), B. p. 578. l. 6. p. 599. l. 10 etc.

ܐܦܢ it. 1) *etiam*, *vel* (äfven, till och med), B. p. 471. l. 1 etc. 2) *saltem*, *tantum*, B. p. 98. l. 6 a fine. — Præmisso ܕ 1) *qui etiamsi*, *ut etiamsi*, *quod etiamsi*. 2) simpl. *etiamsi*, *quamvis*, *licet*, B. p. 334. l. 5 a fine. — Præm. ܟܝ, ܟܝ ܐܦܢ *quare etiamsi*, *quia etiamsi*, B. p. 36. l. 7, ubi verte: *nec Aristoteles*, *quia etiamsi discipulus ejus fuisset*, *tamen non consensit*. — Repet. ܐܦܢ — ܘܐܦܢ *sive* — *sive*, A. T. 1. p. 313. col. 2. l. 22.

ܐܦܘܕܘܣ ἔφοδος, *via*, *ratio*, B. p. 59. l. 12.

ܐܦܘܣܝܐ ἀπουσία. ܒܝܬ ܐܦܘܣܝܐ *domus absentiæ* h. e. *latrina*, *cloaca*, B. p. 497. l. 5. Cfr. Lorbach Archiv. P. 1. p. 257.

ܐܦܛܪܘܦܐ it. *oeconomus*, A. T. 1. p. 237. col. 1. l. 17. it. *administer*, A. T. 1. p. 527. col. 2. l. 13 a fine. it. *procurator*, A. T. 5. P. 1. p. 339. col. 2. l. 11 a fine etc. x).

---

x) Est Græc. ἐπίτροπος. Lindgr.

ܐܦܝܛܪܘܦܘܬܐ *tutela, procuratio*, A. T. 2. p. 301. col. 1. l. 12.

ܐܦܝܣܩܘܦܝܐ *episcopalis*, A. T. 3. P. 1. p. 129. col. 1. l. 20.

ܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ *episcopatus*, A. T. 2. p. 87. col. 2. l. 18 etc.

ܒܝܬ ܐܦܝܣܩܘܦܝܘܢ *episcopium*, domus episcopalis, Græc. ἐπισκοπεῖον, A. T. 3. P. 1. p. 483. col. 2. l. 14 et 13 a fine. B. p. 110. l. 9.

ܐܦܝܩܘܣ an Græc. ἐπικός, *epicum* carmen? B. p. 78. l. antepen. (ubi forsan vertendum: *jussit ut fieret* seu *componeretur epicum carmen*).

ܐܦܠܝܐ *pallium* (sacerdotum vel monachorum), A. T. 3. P. 2. p. 898. l. 18. p. 901. col. 2. l. penult.

ܐܦܝܬܝܛܐ forte Græc. ἐπιθέτης, *impostor* (bedragare, förrädare), B. p. 94. l. 8.

ܐܦܝܬܪܘܢܝܐ (plur.) *epithronii — niæ*, h. e. in throno habitæ (orationes vel homiliæ), A. T. 2. p. 302. col. 2. l. 12. T. 3. P. 2. p. 937. l. antepen.

ܐܦܣܘܢܝܬܐ (ܐܦܣܢܝܬܐ Schaaf Lex.) et ܐܦܝܣܘܢܝܬܐ it. *alimentum* (vitæ), *reditus*, A. T. 3. P. 2. p. 934. l. penult. B. p. 246. l. penult. (ubi Bruns *sumtus*). p. 535. l. 1. Pauli neues Repert. Part. 1. p. 50. l. 3. p. 31. l. 4.

(In his duobus locis forte *stipendium*, subsidie-penningar). Cfr. Lorsbach Arch. Part. 1. p. 307. *y*).

ܐܦܘܠܝܘܢ Neogræc. παπυλεων, ex Lat. *papilio* (ett tält, ett prakttält; Gallice *pavillon*, Sueth. *paulun*, Chald. פַּפִּילְיוֹן. Cfr. Lorsbach Arch. P. 1. p. 262), B. p. 89. l. 11.

ܐܦܪܘܕܝܛܝ *Venus*, ἀφροδίτη, B. p. 214. l. 13 (ubi est Veneris stella).

ܐܦܪܢܣܝܣ et ܐܦܪܢܣ et ܐܦܪܢܙ (Gall. *prince*) *princeps*, B. p. 352. l. 11. p. 355. l. 3.

ܐܦܪܢܣܝܣ *Francia*, *Gallia*, Gall. *France*, B. p. 445. l. 14, 17.

ܐܶܦܶܕܪܳܐ (perperam ܐܶܦܶܕܪܳܐ, per *Jud*, in Cast. L. S. p. 62. Cfr. Schaaf Lex. Syr. p. 43 et Kirsch in Not. ad vers. Lat. Chron. Barhebr. p. XIX) *insidiæ*, B. p. 98. l. 3. p. 137. l. 2 etc.

ܐܦܠܐ it. *licentia*, *potestas*, B. p. 612. l. 14. p. 245. l. 13.

ܐܩܝܐ nummi genus. Cujus originis? *z*) B. p. 456. l. 9.

---

y) Est Græc. ὀψώνιον, quod apud seriores *salarii*, *stipendii*que significatione tritum. Lindgr.

z) ܐܩܝܐ est Turcic. آقچه *albus*. Vocatur quoque ita monetæ Turcicæ species quædam ab albedine argenti. Lindgr.

ܐܩܘܠܘܬܝܐ Græc. ἀκολουθία, *series*, *nexus*, *consequentia*, A. T. 3. P. 1. p. 460. col. 2. l. 19. p. 465. col. 2. l. 9.

ܐܩܠܝܣܝܣܛܝܩܝ et ܐܩܠܝܣܝܣܛܝܩܐ et ܐܩܠܝܣܝܣܛܝܩܘܣ *ecclesiastica historia*, A. T. 3. P. 1. p. 40. col. 2. l. 5. p. 150. col. 2. l. 11 a fine etc.

ܐܣܩܐ it. *dignitas*, *gradus*, B. p. 487. l. 7. it. *ætas*, A. T. 3. P. 1. p. 241. col. l. 2. *a*)

ܐܘܪܝܟܠܩܘܣ Bruns: *æs*, B. p. 105. l. 5. et p. 154. l. 14, ubi scribitur ܐܘܪܝܟܠܩܘܣ. An forte ortum ex *orichalcum*? *b*).

ܐܪܐ it. adjicitur aliis interrogativis e. gr. ܐܪܐ ܡܢܐ *quid*? B. p. 608. l. 1, 2. ܐܪܐ ܟܡܐ *quantum*? B. p. 590. l. 11. ܐܪܐ ܐܝܟܢܐ *quomodo*? B. p. 165. l. 6. ܐܪܐ ܡܢ *quis*? B. p. 587. l. 13. *c*).

a) A rad. ܣܩ. Lindgr.

b) Dubito de significatione Brunsiana, et illustrari rectius crediderim voc. nostrum ex Arab. قرقل *indusium muliebre*. Si hoc verum, forsitan proprie est panni cujusdam species. Cfr. Mayers Beyträge p. 909. Lindgr.

c) In his et ejusmodi phrasibus ܐܪܐ est Græc. ἆρα, non part. interrog. ἄρα. Cfr. nostrum encl. *då* in *hvad då* etc. Lindgr.

ܐܪܣܝܣ *hæresis*, *secta*, A. T. 2. p. 526. col. 1. l. 16.

ܐܪܓܘܢܝܐ *purpureus*, B. p. 27. l. 9.

ܐܪܕܝܣܐ forte *tunica* vel *indusium*, B. p. 552. l. ult. *d*).

ܐܪܙ et derivata vide sub ܪܙ.

(ܐܪܚ)

ܐܘܪܚܐ ad Cast. adde: ܒܐܘܪܚܐ ܕܐܠܗܐ *in via Dei* h. e. religionis ergo, B. p. 121. l. 11. ܒܐܘܪܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܪܕܐ *in via* h. e. religione *Christi ambulavit*, Knös Chr. Syr. p. 2. l. 6. ܒܗ ܒܐܘܪܚܐ ܕܡܘܬܐ ܡܣܪܗܒܐܝܬ ܪܕܝܢ ܗܘܘ *in via mortis festinanter ambulabant* h. e. festinanter moriebantur, B. p. 177. l. ult. et sequ. ܐܘܪܚܐ ܕܕܝܪܝܘܬܐ *via monachatus* h. e. institutio monastica, A. T. 3. P. 1. p. 104. col. 2. l. 3. it. *lex* vel *ordo*, A. T. 3. P. 1. p. 571. col. 1. l. 15 (ubi Assem. præter *legem*), T. 3.

---

d) Ita Agrellius, Brunsium secutus, qui loco citato vertit vocabula Syriaca ܒܐܪܕܝܣܐ ܕܠܐ ܟܘܬܝܢܐ per: *sola tunica indutus sine pallio.* Rectius verti crediderim *solo pallio indutus sine tunica.* Est enim ܟܘܬܝܢܐ *tunica*, *indusium*, hebr. כְּתֹנֶת, et illustrari mihi videtur posse Syr. ܐܪܕܝܣܐ ex Arab. رِدَآءٌ, رِدَاةٌ, *pallium* seu *operimentum exterius quodcunque.* Lindgr.

P. 2. p. 113. l. 7 a fine, ubi locus ex Barhebr. Chr. (p. 567. l. 7) vertitur ab Assem. *illis* (fratribus) *jure præferendus videbatur.* Bruns h. l. ܐܘܚܢܐ vertit per *imperium.* Forte rectius: *quia ejus esset jus* vel *ordo* nempe imperii obtinendi.

ܐܪܚܐ v. Cast. L. S. p. 68. Punctatur ܐܪܚܐ ab Assem. T. 2. p. 258. col. 2. l. 8 a fine. T. 3. P. 1. p. 343. col. 2. l. 4 a fine.

ܐܪܙܐ A. T. 3. P. 1. p. 175. col. 2. l. 3 ubi Assem. *præstans.*

ܐܪܛܝܩܐ et ܐܪܣܝܘܛܐ pl. ܐܪܛܝܩܘ̈ ܗæreticus*, A. T. 2. p. 323. Not. col. 2. l. 4, 5 a fine. p. 324. Not. col. 1. l. 1.

ܐܪܡܘܣ Gr. ἔρημος *desertus, desertum,* A. T. 1. p. 541. col. 1. l. 20.

ܐܪܟ. Forma Aphel rarior ܐܘܪܝܟ *prolongavit,* Tychs. Elem. Syr. p. 95. l. 13. And. Mülleri Symbolæ Syr. pag. 6. l. 13. *prolixum esse,* B. p. 440. l. 13.

ܐܪܝܟܐ ad Cast. adde: ܒܐܪ̈ܝܟܬܐ *in longis* h. e. 1) *fuse, ample, prolixe,* B. p. 229. l. 6. A. T. 1. p. 57. col. 1. l. 10 et 4 a fine etc. 2) *longus, prolixus,* Mich. Chr. Syr. p. 110. l. ult. A. T. 2. p. 211. col. 1. l. 7 etc.

ܐܪܝܟܐܝܬ *fuse, ample, prolixe,* A. T. 3. P. 1. p. 268. col. 1. l. 11.

ܐܪܟܕܝܩܘܢ *archidiaconus,* A. T. 3. P. 2. p. 838. l. 10 a fine etc.

ܐܪܟܝܕܝܩܘܢܘܬܐ *archidiaconatus*, A. T. 3. P. 2. p. 841. l. 5 a fine etc.

ܐܘܪܟܣܛܘܣ Græc. ὀρχηστύς, *saltatio*, *saltandi ars* (dans med sång och musik. Cfr. Lorsbach Archiv Part. 1. p. 226 not.), B. p. 13. l. penult.

ܐܪܡܠ *viduus s. viduatus fuit*, A. T. 3. P. 1. p. 450. col. 1. l. 21 *e*). *Vidua* (ܐܪܡܠܬܐ) appellatur ecclesia vel dioecesis antistite vel præsule orba, A. T. 3. P. 1. p. 550. Not. col. 1. l. 12 a fine.

ܐܪܥ it. *irruit*, *adortus est*, B. p. 605. l. 4 a fine. p. 112. l. 9.

ܐܘܪܥ, ܐܘܪܥܐ cum præf. ܠ et sequ. genit. *in occursum alicujus* h. e. *obviam*, B. p. 88. l. 12, 13. p. 99. l. 5 etc.

ܐܘܪܥܬܐ it. *tractatus polemicus*, A. T. 2. p. 211. col. 1. l. 1, 2. T. 3. P. 1. p. 456. col. 2. l. 10 etc. ܐܘܪܥܬ ܡܠܐ *occursus verborum* h. e. *disputatio*, quæ nempe verbis, non scripto, A. T. 3. P. 1. p. 107. col. 1. l. 15 et 14 a fine.

ܐܪܫܩܝܐ et ܐܪܫܩܝܐ (et ܐܪܫܩܐ in Barh. Chr. p. 42. l. 2) *Arsacida f*). ܐܪܫܩܝܬܐ ܡܕܝܢܬܐ *urbes Arsaciæ*, h. e.

---

e) Non *viduavit*, ut habet Cast. L. S. p. 70. Lindgr.

f) H. e. Arsace (ܐܪܫܩ, non ܐܪܫܟܣ ut in Cast. L. p. 71) regni Parthici fundatore, oriundus. Vide B. p. 42. l. 2. Lindgr.

Arsacidarum regiæ. "Ita Syris dicuntur urbes Seleucia et Ctesiphon, quæ adeo conjunctæ erant, ut urbs una viderentur esse: quippe fluminis (Tigridis) tantum intercursu dirimebantur, A. T. 3. P. 2. p. 622." Assemanno hæc vocabula vertuntur nunc *urbes primariæ* (T. 1. p. 11. l. 15 a fine) nunc *urbes regiæ* (T. 3. P. 1. p. 568. col. 2. l. 5) nunc *urbes Arsacidarum*, vel *urbes Arsaciæ* (T. 3. P. 2. p. 574. l. ult. etc.). *Urbs* ܐܪܫܩܘܡܐ appellatur etiam *Babylon* (Jerem. 51. 41), et *Cranganor* in India Orientali sita. (Adler Novi Testamenti Versiones Syriacæ p. 26). Lorsbach Arch. Part. 2. p. 267, ubi originem vocis ܐܪܫܩܘܡܐ aliaque tractat.

ܐܪܫܩܘܡܘܬܐ *principatus*, A. T. 3. P. 1. p. 348. col. 1. l. antepen. Cfr. Lorsbach Archiv. Part. 2. p. 268.

ܐܪܬܕܘܟܣܝܐ *orthodoxia*, *orthodoxa fides*, A. T. 3. P. 1. p. 272. col. 2. l. 4.

ܐܪܬܕܘܟܣܐ, fem. ܐܪܬܕܘܟܣܝܬܐ *orthodoxus*, A. T. 3. P. 1. p. 330. col. 1. l. 23.

ܐܪܬܕܘܟܣܐܝܬ *orthodoxe*, A. T. 3. P. 1. p. 272. col. 1. l. penult.

ܐܫܕ sequ. ܥܠ *fudit super aliquem* h. e. *contexit* aliquem (kasta öfver eller på en), A. T. 3. P. 1. p. 536. col. 2. l. 13 a fine.

ܐܫܕܐ *effusio*, A. T. 3. P. 1. p. 52. col. 2. l. 7 a fine.

ܡܫܬܦܟܢܐ *liquidus* (pr. effundibilis), A. T. 1. p. 81. col. 1. l. 18.

ܐܣܛܘܪܐ (sic punctatur ab Assem. *g*) it. *stilus* (styl), B. p. 319. l. 11. Scribitur quoque ܣܛܘܪܐ.

ܐܫܩܪ, B. p. 544. l. ult., est Arab. أشقر *ruber*, *rufus h*). Cfr. Lorsbach Archiv P. 1. p. 245.

ܐܬܐ ܠܫܘܡܠܝܐ. ܐܬܐ *venit in exsistentiam* h. e. *ad effectum vel exitum perductus fuit*, *actu perfectus fuit* (gå i fullbordan, gå i verkställighet, lyckas), B. p. 609. l. 3. A. T. 3. P. 2. p. 119. l. 12 a fine. ܐܬܐ ܚܕܪ *venit circum* h. e. *cinxit*, *circumdedit*. ܐܬܐ ܥܠ *aggressus est*, *hostiliter invasit*, B. p. 21. l. 16 etc. ܐܬܐ ܠܩܕܡܘܗܝ *venit ante se* h. e. *progressus fecit*, B. p. 437. l. 16, 17. ܐܝܬܝܟ ܐܬܐ ܠܩܕܡܝܟ *progressus facis* propr. *ante te venis*, 1 Tim. 4. 15. ܢܐܬܘܢ ܠܩܕܡܝܗܘܢ *venient ante se* h. e. *progressus facient*, 2 Tim. 3. 9. — ܐܬܐ *venit*, B.

---

g) Cast. habet ܐܣܛܪܐ p. 73 et ܐܣܛܪܐ p. 909. Significatio *Syngraphæ* (förskrifning, skuldsedel), quam sistit Lex. Cast. locc. citt., sæpe obtinet, e. g. B. p. 599. l. 5 a fine. p. 57. l. 1. etc. Lindgr.

h) Quare quoque loc. cit. explicatur per Syr. ܣܡܩܘܢܐ, quod a Brunsio male habitum pro nomine proprio, utut etiam nostrum ܐܫܩܪ. Lindgr.

p. 523. l. antep. p. 531. l. 6. p. 595. l. 4. *i*). — Ettaphhal ܐܬܬܐܬܝ (Cast. male Ethpah.) it. *derivatus fuit*, A. T. 2. p. 177. col. 1. l. 8 a fine.

ܐܬܘܝܐ *advena*, *viator*, Pauli n. Repert. Part. 1. p. 94. l. 5. p. 100. l. 4.

ܡܐܬܝܬܐ *adventus*, A. T. 1. p. 79. col. 1. l. 17.

ܡܐܬܝܬܘܬܐ it. *collectio*, B. p. 2. l. 11.

ܐܬܐ it. *signum annuli*, *sigillum*, B. p. 366. l. 14. p. 382. l. 11. it. *tessera* (pollet), B. p. 422. l. 12. it. *forma*, *figura*, B. p. 480. l. 4 a fine. it. *exemplum*, A. T. 3. P. 1. p. 273. col. 1. l. 14 a fine. — ܐܪܝܡ ܐܬܐ ܠ *elevavit s. erexit vexillum* h. e. (ut Lat. *signa inferre*)

---

i) Habet Castellus sub ܐܬܐ Pah. ܐܬܝ *advenit*, et videtur Agrellius noster quoque admittere conjugationis Pahelicæ usum, qui tamen haud, ni fallor, obtinet. Est enim ܐܬܝ locis citatis Barhebræanis Part. Peil, ut præcipue patet ex Ioan. 11. 19, ubi occurrit Partic. nostrum in plurali, neque sic cum ipsa radice in Pahel confundendum. Habet hic locus verba ܘܣܓܝܐܐ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܐܬܝܢ ܗܘܘ. — Part. act. ܐܬܐ, fem. ܐܬܝܐ cum ܠ dat. commodi *conveniens*, ܠܐ ܠܡܥܡܪ ܐܬܝܐ ܠܗ *manere non ei licebat*, *opportunum erat*, Sueth. ait stadna gick ej an för honom, B. p. 531. l. penult., quo loco lectio ܐܪܬܐ male in not. 375 substituta. Lindgr.

adgressus est vel *impugnavit*, A. T. 3. P. 1. p. 327. col. 1. l. 3. (ubi Ass. *illorum objecta confutarem*, pressius, *reprehensionibus* s. *criminationibus eorum signa inferrem*). — ܐܬܐ ܕܨܠܝܒܐ *signum crucis*, A. T. 3. P. 2. p. 389. l. 4 a fine, p. 688. col. 2. l. 10, 11 etc. — ܪܘܫܡܐ ܕܐܬܐ ܕܨܠܝܒܐ *descriptio* s. *formatio signi crucis* (korsteckens görande, korsning, A. T. 3. P. 2. p. 351. l. 18. Vide ܪܘܫܡܐ.

ܐܬܘܬܐ pl. ܐܬܘ̈ܬܐ et ܐܬܘ̈ܬ *litteræ* (bokstäfver). ܐܬܘ̈ܬܐ ܐܝܟ *secundum litteras* h. e. *ordine alphabetico*, A. T. 3. P. 1. p. 179. col. 1. l. 13. p. 261. col. 2. l. penult. — ܐܬܘܬܐ ܕܪܝܫ *littera initialis*, A. T. 3. P. 1. p. 328. col. 2. l. 6. ult.

ܐܬܐܒܓ *Atabeg* videtur esse nomen muneris, nam occurrit *Atabeg ejus* scil. Rocenaldini, B. p. 510. l. 3. *Atabeg meus*, p. 519. l. 8. *Atabeg Domini*, p. 567. l. 12. (Explicatur a Pocockio in Supplem. Hist. Dynast. p. 2. per *tutorem*, *regni procuratorem) k*).

---

k) Est titulus pr. Turcicus اتابك *Atabek* i. e. *pater princeps* (اتا *pater*, بك *princeps)* i. e. princeps, qui alii principi patris loco est, amicus regis supremus, supremus vezirus, seu primus minister regis. Explicatur ab Abulfeda (Annal. Musl. T. 3. pag. 226. l. 10) per الوالد الامين, ubi sine dubio legendum الوالد الامير. Cfr. Gen. 45. 8, ubi legitur de Josepho: וַיְשִׂימֵנִי לְאָב לְפַרְעֹה *constituit me patrem Pharaonis*, i. e. amicum, consiliarium ejus. Lindgr.

ܐܬܘܪ *Assyria*, A. T. 3. P. 2. p. 15. l. 10 a fine etc.

ܐܬܘܪܝܐ id., A. T. 3. P. 1. p. 348. col. 1. l. 16 a fine.

ܐܐܪ *æther*, B. p. 275. l. 6. p. 308. l. 9.

ܐܬܠܝܛܘܬܐ (pr. *athletica ars) fortitudo*, B. p. 438. l. 9. p. 473. l. 5 a fine etc.

ܐܬܠܝܣܘܬܐ forte *ludus equestris* (kappridning), B. p. 242. l. 5 a fine. An ita quoque B. p. 61. l. 12? Nam sequentia verte: *sicut in natalitiis Romæ currunt* h. e. cursu (equorum?) certare solent.

ܐܬܡܠ et ܐܬܡܠܝ *heri*, et synecdochice, *ante, antea*, B. p. 593. l. 13. p. 184. l. 5 a fine. p. 591. l. 1 (hoc ultimo loco forte vitiose scriptum est ܐܬܡܠܝ.

